Progenies ãbo grãdes, & honore micantes,& in cap. 3.
,, Coniugis Attonis non fiat obliuio nobis
,, Hidegarda quidem fuit huius nomen amicæ,
,, Docta gubernatrix, prudens, proba, consiliatrix:
,, Ad meliora virum suadebat sæpius ipsum
,, Cum quo Brixellum Monachis fabricauit habendum
,, Ex his sunt orti tres, quos miratur hic Orbis
,, Rodulphus valde iuuenis pulcherrimus, atqs
,, Mortus antè Patrem, post quẽ sequitur bonus alter.
,, Antistes magnus Gotifredus, & ille Thedaldus
,, Qui post Attonem totum seruauit honorem,& cap.4.
,, Vxor Thedaldi sit Guillia dicta ducatrix.
,, Hæc placuit paruis pietate placebat, & altis;
,, Hæc tres personas Mundo genuit speciosas
,, Vrbis Aretinę Theduldi Præsulis, inde
,, Atq; Ducis celsi Bonifatij sapientis,
,, Militis & docti Conradi, ceu Leo fortis, & cap.6.
,, Marchio Richildam prętaxatus Comitissam
,, Quæ Sigeberti de Sanguine Principis extat
,, Duxit in Vxorem, fuerat quia diues honore
,, Hæc Agapen multum miseris dabat, atq; tributa,
,, Hęc defũcta iacet sine pignoribus que Nogarę,& cap.9.
,, Nobile coniugum tribuit Deus, & sibi dignum
,, Magna Beatrix, est nobile coniugium;
,, Stirpe fuit genita Regali pulchra Beatrix
Maiorum Mundi stirpe fuit genita, & cap. x.
,, Heroicum Carmen capio nunc orent ouantem
,, Facta Ducis Magni Bonifatij memorandi,
,, Primitus hunc nouit quantum sit Gallia fortis,
,, Cum natam rutuli Ducis expetijt Federici
,, Coniuge cum propria Mathildis deniquè dicta,